H. Finnsson,
Jus Ecclesiasticum Vicense.
Curæ posteriores
I-II.

Q. D. B. V.

TENTAMEN
HISTORICO - PHILOLOGICUM:
CIRCA
NORVEGIÆ
JUS ECCLESIASTICUM,
QVOD
VICENSIUM SIVE PRISCUM
VULGO VOCANT,

DISCURSU PRÆLIMINARI, VERSIONE LATINA, ET NOTIS AUCTUM.

IN LUCEM EDIT.

JOHANNES FINNÆUS, Islandus.



Imprimatur, B. MöLLMANN.

HAVNIÆ, TYPIS LAURENTII SVARII.

ILLUSTRISSIME ET SUMME VENERABILIS

DOMINE

LUDOVICE HARBOE,

Episcope Siælandiæ,

S. S. Theologiæ in Academia Havniensi Prof. P. Generalis Ecclesiarum per utrumqve Regnum & Provincias Inspector, & Societatis scientiarum Havniensis Membrum.

PATRONE AC MECÆNAS OPTIME!

Tantus est TIBI PATRONE ILLUSTRISSIME literarum, imprimis Historiæ Ecclesiasticæ & ad eam pertinentium antiqvitatum, etiam qva ad Arcticam vergunt glaciem, amor, Tantus TUI in Patriam meam

Noſtratesqve Favor, Tantumqve demum in me immerentem Patrocinium, ut præſentes pagellæ, ſtudiorum meorum primitiæ, tanqvam pergrati animi Documentum, in ILLUSTRISSIMO TUO NOMINE, prodire ſuſtineant. Ignoſce Libertati PATRONE INÆSTIMABILIS, & qvam mihi præſtare dignatus es gratiam, velis in poſterum perbenigne continuare.

Deus T. O. M. TE, ſuæ Eccleſiæ columnam firmiſſimam, ſervet, bonisqve tandem & annis obſitum in Regnum Cœlorum transferat!

ita vovet

ILLUSTRISSIMI TUI NOMINIS

Cultor Devotiſſimos
Johannes Finnæus.



PROLEGOMENA.



§. 1.

Non exiguam, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, per Jus Eccleſiaſticum, affundi lucem, is demum non ibit inficias, qvi utriusqve perſpectam habet indolem, præſertim ſi res ſit cum hiſtoria antiqva, Cimmeriis, ut plurimum, involuta tenebris, taceo jam perplures alios eosqve eximios uſus, ex. gr. illorum temporum Orthographiam, antiqvitates Eccleſiaſticas & philologicas, nexum regiminis Eccleſiaſtici cum Civili &c. qvos enumerare h. l. ſuperſedeo.



Sed ſi ſpecialiter de Jure Septentrionalium Eccleſiaſtico ſermo eſt, tunc hos uſus eo ſpectabiliores fore autumaverim, qvo propagatio & progreſſus Religionis Chriſtianæ in his terris, in obſcuriora incidit tempora, & qvo pauciora de illo memoriæ mandata habemus. Hinc operæ pretium duxi, Jus Norvegiæ Eccleſiaſticum, (qvod Lingva Septentrionali **Criſtinrettr Vicveria** ſive **hiñ forni** vulgo appellatur) publici juris facere, qvod an antiqvum dici poſſit paucis diſpicere tentabo.

§. 2.

Qvod ad antiqvitatem attinet, tunc per etymologiam, Juris hujus ſanctionem ante annum 1200 factam eſſe, aſſerere poſſumus. In hoc enim Jure inveniuntur vocabula, in ſcriptoribus poſt Seculum 12 non reperiunda, nec nova in eo exſtant, poſt id tempus illata. Qvod ad voces jam obſoletas ſpectat, tum exempli loco eſſe poſſunt **Forve, Svaita, Svitha** ꝛc. Nec dogmata in illo tradita ab antiqvitate abhorrent, nam juramentum purgatorium per ferrum candens, hic præceptum, in Norvegia abrogatum eſt per Wilhelmum Cardinalem Anno Chriſti 1247 & veriſimile eſt Baptiſmum ſalivalem non diu duraſſe, cum in Titulis Juris Eccleſiaſtici recentioribus, aut tanqvam irritus non commemoretur, aut expreſſe inter dicatur.

§. 3.



§. 3.

Magnum pro antiqvitate argumentum, & certum est, Archiepiscopi nullibi mentionem fieri, qvod tamen debuisset, si in Norvegia tunc temporis aliqvis adfuisset Archiepiscopus. Sed ex historiis constat, anno primum 1152 venisse in Norvegiam Archiepiscopum.

Inter templa provincialia, primum recensetur id qvod Kongaheliæ erat, sed templum hoc a Vandalis Anno circiter 1135 erat exustum, unde constat, sanctionem hujus Juris non solum Anno * 1152 sed & ejusdem seculi

* Objectio stringi posset adversus antiqvitatem hujus Juris, sumta ex voce Høfudtiund si hæc vox idem hic denotaret ac tiund til Salubota, qvæ a Johanne, primo Norvegiæ Archiepiscopo, & Nicolao Cardinale (qvi postea sub nomine Adriani Qvarti ad Pontificiam evectus est dignitatem) Anno 1152 introducta est. Has qvoqve voces unum idemqve esse, innuere videtur Jus illud Ecclesiasticum, qvod Haqvini Prisci Regis legibus Frostathingensibus, ante annum 1247 conditis, præmittitur.

Sed observandum 1) plures Juris Ecclesiastici septentrionalis titulos antiqvos esse interpolatos, prout una vel altera Constitutio mutationem induxit, qvod heic citra nostri Confutationem concedere possemus 2) non omnino demonstratum esse, hoc unico loco, voces Høfudtiund & tiund til Salubota esse synonyma, cum e Jure Biarkeyensi Contrarium potius appareat, nempe Høfudtiund fuisse pro salute donantis, tiund til Salubota tum pro pauperibus, tum pro animabus aliorum, & 3) Verisimillimum esse, Decimas ex annuo proventu Sigurdo Rege Hierosolymipeta in Norvegia fuisse antiqviores, unde illas in Norvegiam eum introduxisse dici non poterit: Decimæ pro salute animæ



feculi 35 esse antiqviorem. Sed nec antiqvius Jus hocce censendum est anno 1043 ** in qvem mors Hallvardi, cui in hoc Jure festum assignatur annuum, inciderat. Nec statim post mortem ejus, festum illi attributum fuisse, verisimile est, nam tale festum, sine speciali vulgi favore indicatum esse, illorum temporum mores & regiminis forma, credere dissvadent, sed annorum sat multorum tempus reqvirebatur, ut integritas hujus Sancti innotesceret, & populi favorem promereretur.

§. 4.

Qvis hanc tulerit legem, difficilis est determinatu qvæstio. Verisimile est, loca templis provincialibus assignata, eo tempore qvo hoc Jus prodiit, inclaruisse: etsi ex historiis liqvet, Osloam circa annum 1060 esse exstructam, & Kongahellam a Sigurdo Hierosolymipeta (qvi ab anno

animæ 30 circiter post annis sunt præceptæ, restant igitur tantum Decimæ ex capite, qvas introduxisse in Norvegiam, Sigurdum statuimus, cum in hoc Jure nominentur, & de Rege Sigurdo in ejus vita diserte dicat Snorr. Sturl. Cap. 21. eum decimas in Norvegiam introduxisse.

** Ita Annales Flateyenses habent, sed Vastofius (referente Perill. Procancell. E. Pontopp. Annal. Eccl. Dan. Diplom. Tom. I. pag. 203) in annum 1055 incidisse statuit, sed hoc forsan de Hallvardi receptione in numerum Sanctorum est intelligendum, qvod nostrarum partium non est dijudicare, cum res eodem plane redeat.

anno 1120 ad 1130 regnavit) amplifilcatam fuiſſe. Sed hæc ipſa Kongahella combuſta eſt Anno 1135, unde elicitur aut Eyſteinum, aut Fratrem ejus Sigurdum Hieroſolymipetam, aut Magnum Cæcum, aut Haraldum Gyllium, eſſe hujus Juris Authores, qvia qvatuor iſti Reges, intra dictos regnarunt annos. Duobus poſtremis vix tribuendum cenſeo, cum eorum vita iis aliud curæ cordiqve fuiſſe teſtetur, qvam legum Sanctionem, unde Reges Sigurdum vel Eyſteinum hoc Jus ſanxiſſe ſtatuimus.

§. 5.

Si argumentum, â Splendore locorum templis provincialibus aſſignatorum, deſumtum, minus firmo conſiſtere talo videatur, tum Reges qvi ab anno 1043 ad 1135 in Norvegia| regnarunt enumeremus, & diſpiciamus, cuinam eorum hoc Jus, tanqvam latori tribuere, veriſimilitudo ſvadeat. Magnus Bonus, ultimis regni temporibus, vix uno in loco conſtanter permanens, illud tuliſſe non cenſendus eſt, præſertim qvia paulo poſt mortem Hallvardi obiit. (coll. §. 3. ad fin.). Haraldus Hardraadi, ſempiternis detinebatur præliis,. & præterea â qvibusdam ut Eccleſiæ perſecutor incuſatur. Hujus filius, & in Regno patrio ſucceſſor, Olaus Tranqvillus, ſplendori aulæ regali, plus qvam legibus ferendis, operam dedit. Magnus Nudipes â Sturlonida ut Haraldo propter vitæ ſortem ſimillimus deprædicatur. nam usqve adeo Marti erat deditus, ut nomine Bellatoris inſignitus fuerit.



De Magno Cæco & Haraldo Gyllio in §. prægr. diximus, & Reges, Magnum Haraldi Filium ac Haqvinum Magni Filium, liberis prætereo, cum non diu, nec in ea Norvegiæ parte regnarint, cui hoc Jus datum est. Unde iterum verisimilis resultat *** conclusio, Eysteino vel Sigurdo hujus Juris Sanctionem deberi.

§. 6.

Sed qværitur qvis Regum, Sigurdus an Eysteinus hoc Jus tulerit? Rationes gravissimæ Sigurdo tribuere svadent, qvarum præcipuæ sunt 1) qvod Kongahellam amplificavit, & templo splendidissimo ornavit, hæc vero civitas præ reliqvis jus qvoddam præcedentiæ reliqvis prior enumerata, obtinuisse videtur. 2) Verisimillimum est, Sigurdum juramento, qvod Baldvino Regi Hierosolymitano & ejusdem loci Patriarchæ præstiterat, motum, hoc Jus condidisse. 3) Diviso inter Fratres Regno, Sigurdo Vikia cessit, ubi, & præsertim Kongahellæ residebat,

*** Objicitur forte, qvod qvamvis demonstretur Reges non eam legem tulisse, tamen de Episcopis synchronis non ideo probari, qvi etiam leges tulerint Ecclesiasticas. Qvod revera ita est, interim mihi sufficere videtur, si monstratur, laudatos Reges (qvi soli ex Laïcis habuere Jus leges ferendi) hoc non tulisse, qvoniam in professo est, id Episcopos non condidisse, ubi in fine dicitur: Scorter nockut a tha bøti Biscupar yvir meth synum rettyndum ɔ: "si vero qvicqvam deest, adjiciant Episcopi ex "eorum Juribus."

bat, unde Eysteinus, post reditum Sigurdi, hoc Jus pro se non tulit, nec 4) ante reditum Sigurdi è Palæstina & Græcia sancire potuit, cum Sigurdus Decimas in Norvegiam, qvæ hic præcipiuntur, introduxerit. (§. 3.) Sed Sigurdum, utpote Juris non peritum, Fratris Eysteini, ut Sapientis Legislatoris Consilio, vel alterius cujusdam Jurisperiti opera usum fuisse, faciles concedimus, cum & clausula id haud obscure innuat, dicens: **Nu er Cristinrettr taldr, slict sem ver komum mitte a** ɔ: "Jam "lex hæc Ecclesiastica enumerata est, pro ut nobis in "mentem venit."

§. 7.

Ultimo monendum est loco, Jus hocce nativo & originali habitu non prodire, sed litteratura ad recentionem magis accedente, tali puta, qvæ in Norvegia Sec. 13. circiter vergente, usitata fuit. Sed antiqviorem conqvirere in mea non fuit potestate. Ast præsens exemplar, monumentum est satis bonum & non vulgare, nec enim in Collectione Legum Pausiana exstat, nec in Bibliotheca Universitatis mihi invenire licuit. Qvod ad versionem attinet, tum si textum juxta verbum reddere voluissem, paraphrasis, á parte altera, reqvireretur, qvæ molem magnopere auxisset, hinc per mediam incedere viam conatus sum. Abbreviationes, satis cæteroqvin curiosas, ut & literam þ, propter typorum defectus, sistere non potui, accentus qvosdam & numerum capitum, in gratiam allegantium, apposui, cætera omnia immutata retinui.



CAP. I.

Her hæfer Criſtinsdóms bólc thæN er (1) gánga ſcal.	*Hic Incipit Juris Eccleſiaſtici Liber qvi obſervabitur.*
Thet er uphaf lagha vaRa. at (2) auſtr ſcolom lúta. oc gefvaz Criſti. rökia kyrkior oc keNimeN. (3) Fötha ſcal barn hvert er borit værthr i theNa hæim. (4) Criſtna oc til kyrkio bæra. nema thet eina er meth (5) örkumblum er alit. Thau ſcolo mikil á theim maNe er eige má móther mat gæva. hælar horfa i tà ſtath eN tæR i	*Hoc eſt principium legum noſtrarum, ut ad orientem nos vertamus, & Chriſto nos dedamus, templa Sacerdotesqve colamus. Alendus eſt infans qvicunqve in hunc mundum natus fuerit, baptizandus & ad templum ferendus, niſi nævis fuerit obſitus: Magnos habeat nævos neceſſe eſt, ſi matri non licet cibum ei dare, in qvo (puta) calx eſt in loco digitorum pedis, & hi (rurſus) in loco cal-*

hælſtath

(1) Ganga ſcal. obſervabitur, valebit ut lex.

(2) Auſtr ſcolum luta. ad orientem nos vertamus. Hæc cæremonia Orantium Chriſtianorum in primitiva qvoqve fuit Eccleſia, & á Judæis originem habere cenſetur, ad terram ſanctam ſe convertentibus.

(3) Søtha ſcal barn hvert. Alendus eſt infans qvicunqve: Hæc lex neceſſaria fuit reſpectu prægreſſorum temporum in Ethnicismo, nam ſi parentes eſſent pauperes, aut alia obenirent impedimenta, tum nec infantes alebantur, ſed exponebantur. Hardar S. Holmver. Cap. 7.

(4) Criſtna ɔ: Chriſtianum facere, propriiſſime baptizare, interdum idem denotat ac primſigna.

(5) Ørkumbl. nævus, eadem ratio etymologiæ ac in Herkumbl. Heimskr. Tom. I. pag. 764. qvaſi cicatricum cumulus.

hælſtath. haka methal hertha. nacke á brióſte frame. kálfvar á beinum frame. augu aftan i nacka. hefver Sælsræifa oc hunds hafuth. thet ſcal á (6) forve föra. oc röyra thær er hvarke genger yfer meN ne fenathr. thæt er Forve hins illa. Nu er thet barn aNat er verthr (7) bælgboret. er belghr thar er andlitz ſcop ſculde. thæt er öllum möNum ſynt at ſá mathr má ſer eige matar afla thó at uagſin værthi. thet ſcal taca oc til kyrkio bera. láta (8) prim-

cis. Mentum inter ſcapulas, occiput in pectore, ſuræ antrorſum verſæ, oculi in occipite; vel Phocæ pedes habet vel caput caninum. Ille (*infans*) *in abſceſſum eſt portandus, ibiqve ligandus ubi nec homines nec animalia tranſeunt. Hic enim eſt abſceſſus Mali. Ab hoc autem differt infans, natus ore cute occluſo, cum folliculus eſt ubi facies eſſe deberet; talem hominem, qvamvis adoluerit, cibum ſibi acqvirere non poſſe, cuiqve conſtat,* (*unde*) *ad templum feratur, ſigno-*

(6) Forve. abſceſſus, obſol. credo ex voce For deſcendere, qvæ locum ſordidum denotat, ut & paludem, qvæ infra vocatur Forad. Qvod a Før, Færi; via, non deducam, obeſt deſcriptio loci, hic exhibita. Sed ratio hujus legis haurienda eſt ex Theologia antiqva, interim Conf. Ol. Tr. Hiſt. part. 2. cap. 56. & Brochmanni Syſtem. Theol. de Ang. Cap. 2. Qvæſt. 18.

(7) Bælgboret s. cum folliculo natus, cum tota facies continua cute obducitur, ſenſibus clauſis ut omnia folliculi inſtar appareant.

(8) Primſigna. initiare, ſigno crucis notare. Hæc prima ſignatio (unde vox deducitur) a baptiſmo differt, qvia baptizatis Chriſtianis cum Ethnicis converſatione non licuit frui, ſed prima ſignatione initiatis cum utrisqve habere commercium erat licitum.



ſigna.leGia fyrer kyrkiodyr gæti hin nánazti nithr til theſs er önd er or. thet ſcal grava i kyrkiogarthe. oc bithia fyrer Sól theſs ſem bezt kaN. láta vertha at theRi von er Guth vill.

qve crucis initietur, ante fores templi ſub cuſtodia cognati proximi deponatur, usqve dum anima ex corpore exeat; in cæmeterio ſepeliatur, & pro anima ejus optimæ preces fundantur. Spes vero (de ſalute ejus) Divinæ voluntati eſt committenda.

CAP. 2.

Um guthſifiar oc ſcisl at Nauthſyn.

De affinitate Spirituali, & Baptiſmo in caſu neceſſitatis.

Nu ſcal barn hvert bera til hafnengia ſá karlmathr oc ſú kona er gera má (9) guthſifiar vith fathr barns oc móthr. Nu líthr opt at barne á veghum uti. Sva at hætt er vith dautha. af ſcolo thau klæthe (10)

Jam infantem qvemcunqve ad ſuſceptionem baptiſmalem ferent mas & fæmina, qvibus affinitatem ſpiritualem cum patre & matre infantis inire licet. Sæpe vero accidit ut in itinere infans deficiat, ita ut mors timeri qveat, tum (qvi ad templum ferunt) illum de-

ræckia

(9) Gera ma guthſifiar. qvibus affinitatem ſpiritualem in ſe ſuſcipere licet. Ab hoc negotio in Jure Canonico præſertim, vero in Septentrione, excipiebantur gentiles, juniores non confirmati, Parentes & alii baptizando proxime cognati.

(10) Ræckia obſ. pro reka detrahere vel rekia extricare, ligamenta evolvere, unde concludi poteſt infantibus veſtes circumligatas fuiſſe prout adhuc in uſu eſt.



ræckia. mæla karlmathr fyrer. eN kona epter. næfna barn á nafn. Ec ſciri thic í nafne fathr oc ſunar oc andans hælga. oc mæla ſva thriſvor. ſcal karlmathr(11) rökia i lóva ſer oc taca up ráka ſiN meth thumalsfingri. ritha i kroS i (12) kriſmuſtath. á brioſt. oc milli hærtha. i naſer oc öyru. oc i hiarſa. Ef vatn er ſva mikith at thau mego barn i hylia thá ſcal dæyfa í thriſvor oc í drepa. oc thriſvar at orthom kvetha. EN ef eige er ſva mikit vatn thá ſcal karlmathr rítha á meth hendi ſiNe vatni ef vatn er. döG ef döG er. ſnió ef ſniór er. ſió ef ſiór er. Nú vertha opt litlar liſs dræGiar. thet barn hiarnar vith oc verthr borit

tegant, mas prior verba proferet fœmina poſtea, nomine puerum nominent (dicantqve.) Ego baptizo te in nomine Patris Filii & Spiritus Sancti, qvæ verba ter ſunt repetenda. Mas ſputum in volam manus emittet, pollice excipiet, & decuſſatim illinet, in loco Chriſmatis, in pectore, inter ſcapulas in nares aures & ſinciput. Si tanta aqvæ copia præſto eſt, ut infantem ea operire qveant, ter eum immergant & imbuant, ter verba recitando. Si vero tanta aqvæ copia non exſtat, tunc mas manu aſperget aqvam, ſi aqva adeſt, pluviam, ſi pluvia, nivem ſi nix, aqvam marinam, ſi hæc præſto eſt. Sæpe vero in infante parum vitæ reliqvum eſt, poſtea vero reviviſcit ac ad templum dein vegetus portatur, tum (ii qvi baptizaverunt) Sacerdoti

kvikt

(11) Røkia i lova ſer. ſputum in volam emittere. hoc ſec, 9. in uſu fuit ſeptentrionalibus & hoc probabiliter etiam, vel in confirmatione vel unctione, ut alibi invenitur.

(12) Kriſmuſtath locus Chriſmatis, videtur idem fuiſſe, ac in pectore, qvi mos in ſeqventibus nominatur.

kvikt til kyrkio. Præſti ſcolo thau ſegia ſina ſcírn. oc ef thaù hava ſva at orthum kvethet ſem talt er i (13) rette maNa. thá ſcal Præſtr primſigna thet barn. thá hever thet ſcírn fulla. Engom maNi tharf tyſvor i vatn drepa.eN ef thau mego eige muna at herma rett ſyrer præſti. thá mundu thau eigi rett at mæla yfer barni. thet ſcal præſtr ſcíra (14) ſcírn fullri. Nu ef barn andaz á theiRi leithu meth ſlícri ſcírn ſem nu er talt. thá ſcal thet grava i kyrkio garthe ſva ſem præſtr have ſcírt.

baptiſmum ſuum referant, & ſi illa verba protulerint, qvæ in Jure præcepta ſunt; Sacerdos talem infantem ſigno crucis notabit, & tunc baptiſmus eſt perfectus. Nemo bis aqva luſtrandus eſt, verum ſi obliti fuerint verborum ita ut illa coram ſacerdote corrupta recitent, tum ſupponitur eos infantem non rite baptizaſſe, (qvare) talem infantem ſacerdos plene baptizet. Si vero infans hoc baptiſmo qvem jam diximus imbutus in via moritur, tunc in cæmeterio ac ſi á ſacerdote baptizatus fuiſſet, ſepeliendus eſt.

CAP.

---

(13) Rettr maNa. jus hominum videtur ad verbum eſſe Jus univerſale. ſed hic denotat Jus Eccleſiaſticum, (qvod veroſimiliter tunc corpori Juris Univerſalis inſertum fuit) & qvidem hoc ipſummet Jus conf. pag. 19.

(14) Scírn fulla. Completum baptiſmum, incompletus enim erat ubi laïcus baptizaverat, vel tantum a Clerico facta erat prima ſignatio ſ. initiatio.



CAP. 3.

Um Sengforkono oc ábyrgth á barne.

(15) Grithkonor oc Grankonor scolo vera vith sengför hverrar kono til barn er föht. oc hverfa eige fyR i frá. eN thær hava lagt thet at möthor brjósti. EN ef barn er andat er meN coma til heNar aNat siNe. oc má ther ásiá handastath etha banda. er thet kvirkt etha kvæst. oc mæler hon í viti. thá hæiter móther morthenge at barne sino. hon hefer fyrergert se oc frithe. lande oc lausum eyri. (16) fari á lanth heithit. oc komi alldri thar sem cristner meN ero. thyi er heithit morth vaRa eN kristit. at

De Puerpera & Custodia Infantis.

Mulieres Domesticæ & propinquæ aderunt puerperio cujus libet fœminæ usqve dum infans natus fuerit, nec prius discedant qvam infantem maternis admoverunt mammis. Si vero dum redeunt infans mortuus est & conspicua sunt manuum (violentarum) vel ligamentorum signa, & infans vel suffocatus est vel strangulatus; Mater tamen rationaliter loqvitur, tum est illa propriæ sobolis homicida clandestina, pace bonisqve privanda, ad terram gentilem exulatum eat, & ad Christianos nunqvam redeat.

C (17)

(15) Grithkonor Mulieres Domesticæ & qvidem liberæ. Vox descendit a Grith Domicilium legitimum. vid. Gragas. Reppamal Cap. 62.

(16) Fari a land heithit, ad terram gentilem exulatum eat: Hujus loco erat Fiörbaugsgarthr & Skoggangr antiqvissimis in Islandia temporibus, sed postea baN sive excommunicatio, qvod & pro hujus Juris antiqvitate firmum est argumentum.



(17) fyrer farit er theS maNz Sálu er hæithiN dæyr. EN ef hon mæler eige í viti thá er meN koma til heNar. (18) gánge til scripta vith præst. oc bæti engu fe fyrer. Nú ef mathr byr i (19) æinmane athram möNum fiaRe. oc verthr sva bráthum boret. at eige má konom koma vith sengfor kono. oc ero thau tvö æin hiún. oc gengr at barne. thá scal father hallda á oc móther. oc scíra thet barn scírn theiRe er nu er talt í rette maNa. og (20) scilia eige hiúna-

Ideò verò ethnicum homicidium pejùs est Christiano, qvod perdita est anima ejus qvi ethnicus moritur. Si autem mater, cum qvis advenerit, non ex ratione loqvitur, tum sacerdoti confitebitur, & multam non dabit. Si qvis vero seorsim ab omni remotus hominum consortio habitaverit, & tam subito fit puerperium, ut fœmina (qvæ adesse debet) non haberi possit, conjux vero solummodo uterqve ibi adfuerit, tunc si infans ægrotat, Pater & mater infantem tollant & tali bap-

---

(17) Fyrerfarit er theS maNz Salu er hæithiN dæir: perdita est anima ejus qvi ethnicus moritur, ubi ethnicus idem est ac non baptizatus. Sed ut eo pauciores condemnarentur animæ, præceptum erat, ut qvisqve puer 7 annos natus formulam baptizandi calleret. conf. Arna Chr. R.

(18) Gange til Scripta. Confiteatur delictum & submittat se disciplinæ Ecclesiasticæ.

(19) Æinmane Desertum, solitudo, qvasi æinmeNe. Cujus oppositum: MargmeNe, freqventia.

(20) Scilia eige hiunalagh sit: Consortium conjugii non dirimant, qvod tamen per affinitatem spiritualem juxta qvosdam fieri debuit. Conf. Edzivia Chr. R. Cap. 14.

hiúnalagh ſit thvi heldr ſy ReN barn theiRa deyi heithit. Nu ſcal cona hver hafa barn ſitt vith brióſt ſer æi lengr eN (21) tvær faſtr oc til hiNar thrithiu. eN ef bonde heNar mæler at hon ſcal barn ſitt af brióſte ſer láta, oc hever han kvanriki ſva mikit. at cona hans vill eige at ordum hans láta. thá er hon ſec (22) markum thrim af ſino einu fe. eN ef haN gær eige helldr eN hon. thá ero thau bæthe ſec markum thrim af beGia theiRa fe.

tiſſimo baptizent qvi jam in Jure hominum præceptus eſt, nec per hanc cauſam conjugale dirimant conſortium, ſi infantis alioqvin mors ethnica erat timenda. Puerpera qvæcunqve infantem non diutius lactet, qvam per bina jejunia, usqve ad tertium, qvod ſi maritus eam admonet ut lactantem amoveat, tam vero uxorius eſt, ut illa imperata non faciat, tunc ex propriis ſolvat opibus marcas tres. Qvod ſi maritus neqve curat, tum ex communi pecunia ſolvant tres marcas.

CAP. 4.

Um (23) ſkírsla Stefnor.

Nú ero fiórar lagaſtefnor at bera born til hafnengiar á tólv

De terminis baptizandi.

Qvatuor tempora lege conſtituta ſunt, intra qvæ bapti-

(21) Tvær faſtr. bina jejunia, forte qvadrageſimana, qvia hæc infra dicuntur univerſalia.

(22) Merkr thriár. tres marcæ Norvegicæ, pretii non ponderis, qvæ poſterior ſextuplo major erat, & reſpondebat jam circiter 8 imperialibus ſ. thaleris.

(23) Skirslaſtefnor. tempora h. l. denotat baptiſmalia lege conſtituta á ſkirsl purgatio qvod iterum a ſkir purus.



tólv mánothom. thau börn er född ero epter jóladagh hiN fyrzta. thau ſcolo ſcírd páſcha eftan. Oll thau er thar epter ero född. ſcolo ſcírth vera (24) Johans vocu. Oll thau ér thar epter ero född. ſcolo ſcírth vera at Michıals meSo. Oll thau er thar epter ero född. ſcolo ſcírth vera at hiNe (25) hælgo jólanótt. LiGr vith lagha ſtefnu hveria thríar Merkr. eN ef ſva lítha allar laghaſtefnr. at mathr lætr eige ſcíra barn ſitt. thá verthr bóndi heithiN af barne ſino. haN hever fyrergert ſe oc frithe. landi oc lauſum æyri. ſari á land heithit thó vill haN eige kriſtiN vera.

zandi per duodecem menſes ad templum ferantur. Infantes poſt feſtum Nativitatis Chriſti nati, baptizentur veſpera Paſcha proxime antecedente. Qvi poſtea ſunt nati, baptizentur ad vigiliam S. Johannis. Omnes poſt hunc terminum nati, baptizentur ante feſtum Michaëlis, & qvi poſtea naſcuntur, in nocte Sancta Natalitiorum baptizentur. Pro termino qvocunqve neglecto, ſolvantur marcæ tres. Sed ſi omnia tempora ſine baptiſmo tranſierint, tum pater ipſe propter infantem ethnicus evadit, privandus pace bonisqve, fundo & mobilibus, exulet inter gentiles, tum Chriſtianus eſſe non vult.

CAP.

---

(24) Johansvaca. Vigilia ſ. veſper feſtum S. Johannis Baptiſtæ antecedens.

(25) Hin hælga Jolanott & ſimpliciter NottiN helga Nox natalitia Chriſti antecedens vel potius incipiens. Eadem fortè ratio etymologiæ ac in Germ. Weyhnacht.



CAP. 5.

Um (26) úatan thet ſem fyrerbothit er at eta.

Nú ſcolo' meN hvarke eta (27) ſvæita ne (28) ſvitha. Sá mathr en etr ſvæita ne ſvitha. haN er ſekr thríar merkr ſer. Bóndansbót tekr fyrer kono hans oc born (29) oc hiun ánauthigh. eN ef haN á ſún átian vetur gamlan etha thvi ellra. haN ſcal bæta aNaRe bót fyrer ſec. Er dótter hans (30) aflæti ſú er eckia er. hon ſcal bötha hina thrithiu bót fyrer ſec oc born ſín. Föther bónde ge-

De (re) non eduli qvam comedere prohibitum eſt.

In ſudore proprio vel per ſugillationem mortuum non comedatur. Qvicunqve autem vir hæc comedit pro propria dabit culpa multam marcarum trium. Multa heri includit uxorem ejus, liberos & famulitia coacta. Si filius duo de viginti annos natus ei ſit vel ſupra, huic alia multa irrogetur. Si vidua ejus filia etiam in hoc deliqverit, tunc ſeorſim pro illa dependatur multa, qvæ etiam pro liberis ejus valeat. Si

(26) Uatan qvaſi inedule vel non edile ɔ: id qvod legibus comedi prohibetur. Hodie øæte à verbo ad eta edere.

(27) Svæita obſol animal qvod in ſudore vel interna morbi afflictione moritur à Svite vel Sveite ſudor.

(28) Svitha qvod per contuſionem vel ſugillationem moritur à Svatha plaga extrinſecus illata, hinc Svauthuſar in LL vulnus non lethale qvod nec oſſa, nec interiora lædit.

(29) Hiun anauthigh. famulitia coacta ɔ: ſervitia mancipia.

(30) Aflæte. qvi deflectit, præcepta violat, ab af de & lata mittere it. ponere.



ſti eige ſva marga. oc gever han ſvitha at eta. thá er haN ſeckr thrim markum fyrer hvern theiRa. thet heiter allt ſvitha er ſva verthr dautt at eige ganga maNs handaverc til. LiGr fenathr maNz úti á heithi dauthr allum maNum jamner. til ſcal graNa leitha oc láta ſeá. ef theim ſyniz maNz handaverc á. thá ſcal eigande nyta. oc hava vith ráth graNa ſiNa. ef theim ſyniz eige nytande. thá ſcal eigande únyta. Ef mathr nyter thæN (31) ſmala er ſva verthr dauthr. thá má biſcups (32). ármathr geva hanum ſoc til (33) lyritár eiths.

qvis herus hoſpitibus & tamen non adeo multis, cibum ex animali per ſugillationem occiſo deſumtum apponit, tum pro qvovis advena dependat tres marcas. Sed hic per ſugillatum ad mortem intelligitur qvicqvid (animal mortuum, qvod) vi humana non occiditur. Si pecus cujusdam in communi deſerto mortuum invenitur, tum poſſeſſor vicinos accerſeat, qvi decernent an contrectationis humanæ veſtigia appareant, eorum parebit conſilio, in ſuos uſus vertendo ſi ita viſum fuerit, ſin minus, rejiciendo. Si tale pecus comeditur, tum qvæſtor Epiſcopi dicam ei ſcribat, ut juramento trium virorum ſe

---

(31) Smale. pecus, ovis vel bos. Smale opilio vix apud antiqvos reperiundum vocabulum, ſed ſmala mathr.

(32) Ármathr. œconomus item qvæſtor. forſan deſcendit ab ar & compoſ. arin focus item domicilium.

(33) Lyritar eithr. Jonsb. th. b. 21. Jarnſida th. b. 11. ubi reuſſe juramento purgat & duo alii ad latera ejus conſiſtentes; jurant ſe autumare illum eſſe inſontem.

eiths. ef viNz eithr at fullu. thá er haN (34) ſygnſacar. ef ſá (35) fellr thá heitir haN ſaNr at ſoc. ſæckr thrim markum. Nu ſcal thæt ålt æta oc nyta en ſva verthr dautt. at maNz handaverc ganga til. (36) breſter á háls i báſe. kvirker klave. væſs i tióthri. liGr dautt i Stathu bruNe. fællr fyrer fiolbrú. (37) genger fyrer gildri maNa. leither mathr á íſs úföran. ſpringer fiálſt á ſundi. bær biörn. bíter varghr. værthr fyrer hóſsgánge etha horns. bíta hundar til hæliar. thet ſcal

purget. Si juramentum ritè perficiatur, tum a culpa liber eſt, ſi vero non, tum reus evincitur, ternis marcis multandus. Id omne (animal mundum) edatur & in uſus vertatur, qvod ab homine occiditur; (ſi qvid) ad vacerram in jugulum incidit, furcula collari ſtrangulatur, in paſcuo circumſcripto per laqveum irretitur, in puteo mortuum invenitur, ex ponte ligneo decidit, incidit in machinationem humana arte factam, ab homine in glaciem non tutam deducitur, inter natandum ſuffocatur, (qvod) urſus cædit, lupus mordendo necat, (vel qvod) ungula vel cornu offenditur, & a canibus

allt

---

(34) Sygn ſacar. â culpâ liber. al. Sien, qvaſi ſækin, capax, ſufficiens, ad cauſam ſc. proſeqvendam.

(35) Fellr. ſi juramentum cadit vel protrahitur, cujus obſtaculi cauſæ erant variæ.

(36) Breſter a hals incidit qvieqvam (ex. gr. ſtabuli paries vel tectum) in jugulum animalis ad vacerram ligati.

(37) Genger fyrer gildri maNa. errat in decipulam ſ. humanam machinationem conf. Heimskr. in vita Magni Cæci & Har. Gyllii Cap. 15.



alt nyta. Nú á mathr kú æ!na. verthr fú Svídauth hena fcal nyta. EN ef haN á tvær. liGia báthar Svidauthar. eta hina (38) öfri. únyta hina fyRi. eN ef haN á thriár. .únyta tvær. nyta hiña thrithiu (39). EN ef haN á meir eN thriár kyr. thá fcal thær únyta. oc nyta allt aNat ef fvitha liGr. EN ef Fenathr fællr fyrer bærgh oc bræztr eige blöth ut. thá fcal unyta. ef blöth bræztr út. thá fcal nyta. Vindr fællr vith á fænath maNa. bræztr blóth út fyrer tre. thá fcal nyta. breztr eige blóth út. thá fcal únyta.

morfu interimitur, id omne in ufus convertatur. Si cuidam eft vacca una qvæ fugillata moritur, illa comedatur. Si qvis duas habet vaccas & utraqve fine vi humana perit, tum pofterior edenda, prior rejicienda. Si tres poffidet, tum duabus rejectis, tertia ufui refervetur. Si vero tribus plures poffidet vaccas, tum omnes (fi ex fugillatione jacent) funt rejiciendæ, qvodvis vero reliqvum, licet ad mortem fugillatum, ufui inferviat. Si pecus per faxa decidit, & fangvis non emanat, tum non edatur, fi vero fangvis emanat, tum in cibatum convertatur. Si vento arbor profternitur, & in pecus cadit, tum, modo fangvis erumpat, erit edule, fin minus, non edatur.

Ef

(38) Øfri pro eptri. pofterior. alias pro priori ut infra.

(39) EN ef haN a meira ꝛc. hunc fenfum effe fufpicor; qvod fi qvatuor vel plures habeat vaccas, tum fupponitur poffefforem tam opulentum effe, ut a tali cibo abftinere poffit.



Ef reith lyſtr. tha ſcal únyta. Nú ſcal allt thet eta er í búi er föthţ utan hund oc katt oc roſs. EN ef mathr etr æinhvern thæN lut nauthſynialauſt. thá hever haN fyrergert ſe oc frithe lande oc lauſum öyre. fari á land heithit oc komi alldri thær ſem criſtner meN ero. EN ef mathr verthr ſtaddr á fyrthe, eda á foRathe. meinar honom ſva vethr etha vagr. at haN má eighi til byghda koma. thá ſcal haN liGia fiö (40) netr matlaus fyR eN haN eti hund etha kautt, (41) HaN ſcal helldr eta hund eN hundr eti haN. oc ſegia hinom

Qvod fulmine mortuum eſt, rejiciatur. Omne (animal) qvod in oeconomia educatur, eſt edile, præter canem, catum, & eqvum. Si qvis autem qvoddam horum, citra caſum neceſſitatis comederit, privatus eſto pace & bonis, fundo & rebus mobilibus, exulet in terra gentili & chriſtianis nusqvam interſit. Si qvis vero ad paludem vel bracchium maris conſtitutus, & per tempeſtatem vel ſinum, ut humana adire habitacula non poſſit, impeditus fuerit, tunc ſeptem noctes cibo abſtineat, prius qvam canem aut catum edat. Satius eſt, canem ab illo, qvam hunc

D

(40) Netr vel nætr noctes, ſic tempora per noctes vel νυχθήμερα antiqvi dimetiebantur, & iis in temporibus numerandis primum aſſignarunt locum.

(41) HaN ſcal helldr &c. Duplex eſſe poteſt ſenſus: vel qvod melius eſſet homini moribundo & viribus tam exhauſtis ut cani famelico vix reſiſtere poſſit, cane prius veſci, qvam ab illo exedatur, vel qvod canis ſi ſupervixerit, hominis jam fame mortui cadaver eſurus ſit.



hinom fyrzta preſti er haN hitter at haN hefer úátan etit vith nauthſyn ſína. gange til ſcrifta oc böti engu ſe fyrer. EN ef haN læyner oc vill æi tilſegia. vertha fuNiN bein i búthar ſtath. thá má biſcups ármathr geva honom ſoc. járne á haN fyr at ſtanda. verthr haN ſcír at járne. thá er haN ſygnſaca. verthr haN (42) fúll. thá á haN (43) ſimtargrith frá járne ſem (44) fordætha.

a cane exedi. Sed primo ſacerdoti obvio referat ſe non edulia neceſſitate coactum, comediſſe, diſciplinæ eccleſiaſticæ ſe ſubmittat, ſed mulcta carebit. Si vero factum diſſimulaverit & non retulerit, oſſa vero in manſionis loco reperta fuerint, tum Qvæſtor epiſcopalis ei dicam ſcribat, ferro ſe purgabit, qvod ſi poterit, liber a culpa eſt, ſi vero putruerit, tum a qvinto die, pace, æqve ac venefica privatur.

CAP.

---

(42) Verthr haN full, ſi putrefiat pes vel manus. Purgatio per ferrum erat duplex, altera dicta at bera ſlar, altera at trotha ſlar, in hac pedibus calcabatur in illa manibus ferrum candens portabatur. Poſt juramentum peractum obligabatur pes vel manus usqve ad tertium vel qvintum diem, ubi diſpiciebatur, an membrum putruerit vel integrum manſerit; in hoc caſu liber erat a culpa reus, in illo non. Interea præparatio fiebat per jejunium, & gradus qvoqve exſtiterunt. Conf. Heimskr. in vita Sigurdi & Eyſteini Cap. 22 & 30. Grettis S. Cap. 41.

(43) Simtargrith. Pax qvinqve dierum. Vox Simt hoc ſenſu ſæpiſſime in LL. occurrit ex. gr. in Legibus Islandicis Magni Legum Reformatoris lands l. b. 1. Rekab. 5 &c.

(44) Fordætha, Venefica. A For particula vehementiam ſignificante deducitur, & dath vis, qvaſi furioſa. De cujus pæna vide infra Cap. 16.



CAP. 6.

Ef meN eta kiot á útíthum.

Engi mathr ſcal kiot eta ſithan ſiö vikr ero til Páſchadaghs nema haN vili böta thriár merkr. Ef mathr etr kiot ſithan ſex vicr ero til Páſcha thá hefer haN fyrergert ſe oc frithe. thet heiter (45) allra maNa faſta. Ef mathr etr kiot á freádagh ſæckr thrimr markum. eN ef haN etr kiot á theim dogum er faſta er bothin. böti ſem (46) dagríkt er til. EN ef mathr er dagvillr. oc etr kiot á foſtudogum. komr mathr

Si qvis tempore prohibito carnem comederit.

Nemo per ſeptem hebdomadas, Paſcha proxime antecedentes carne veſcatur, niſi tres marcas Epiſcopo ſolvere malit. Qvicunqve carnem per ſex ſeptimanas Paſcha antecedentes comederit, is pace bonisqve privetur. Hoc (tempus) appellatur jejunium omnium hominum. Si qvis die veneris carnem comedit, ſolvet marcas tres. Si vero idem fecerit aliis temporibus ubi jejunium præceptum eſt, mulctam ſolennitati temporis convenientem ſolvat. Si qvis diem neſciens tempore jeju-

D 2 iNfa-

(45) Allra maNa faſta. Jejunium univerſale ſive qvadrageſima, qvia minora jejunia in caſu neceſſitatis negligi potuere conf. Sturl. S. Libr. 8. Cap. 14.

(46) Dagríkt vel dagríke. Solennitas diei qvæ infra Cap. 14. dicitur vel dies trium orarum vel ſex orarum &c. ſed qvomodo innotuerint vulgo hi ſanctitatis gradus, non poſſum dicere niſi vel per traditionem, vel per pœnæ promulgationem dum jejunium indicaretur. Vid. infra Cap. 13.



iNfarande" til haNs oc ſpyR hví etr thú kiot eN athrer meN faſta. ſpytter haN út theim bita er thá hefer haN í muNi ſer. gánge til ſcrifta vith preſt oc böti engu ſe ſyrer. ef haN ſvælgr nithr theim er thá hefer haN í muNi ſer. oc tekr aNaN. böti ſlícu ſem dagríki er til. Nú er mathr ſtaddr í einmane fiaRe. verthr haN dagvillr (47) et haN kiot á freádagh. gánge til ſcrifta oc böti engu ſe ſyrer. Ero their tveir oc vertha báther dagviller. gánge til ſcrifta vith preſt oc böti engu ſe ſyrer. Ero their thrír. oc eta kiot á freádagh. böti thriár merkr hveR theiRa. æi máttu their aller dagvillir.

nii carne veſcitur, venit (autem) peregrinus dicens cur carnem comedis, jejunantibus cæteris? Tum offam qvam in ore habet exſpuat, & coram ſacerdote confeſſus errorem, nullam pendat mulctam. Si offam devorat & aliam ſumit, tunc ſanctitati diei convenienter mulctetur. Si qvis ab omnibus eſt remotus, & die Veneris inſcius carnem edit, tum delictum confiteatur mulctaqve careat. Si duo ſolitarii agunt, & uterqve diem neſcit, confiteantur ſacerdoti, mulctam vero non ſolvant. Si vero tres (una) adfuerint, die Veneris carnem comedentes, qvisqve eorum tres marcas pendat; omnes enim diem neſciiſſe præſupponi neqvit.

CAP.

(47) Et crediderim mendum eſſe pro etr qvod facile irrepſiſſe potuit, per deletionem ultimæ literæ.

CAP. 7.

Um brúthlaups tíma retta.

(48) Nú fæR thet allt saman kiotát oc kveNagifter. scal engi mathr fá ser kono síthan níu vikr ero til Páſca nema böta vili merkr thriár fyrer. EN ef haN fær conu síthan ſæx vikr ero til Páſca. thá hefer haN fyrergert fe oc frithe. Engi mathr ſcal fá konu ſíthan thriár vikr ero til Jónsvaku. engi ſkal oc ſíthan fá eN thríar vikr ero til Michielsmeſſo. oc engi ſíthan thriár vikr ero til jóla. ef haN fær æina hveria theſsa títh. thá er haN ſækr thriár merkr vith biſcup. EN ef mathr fær konu SuNu-

De justo nuptiarum tempore.

Eadem ratio habenda est comestura carnis,& nuptiarum. Nemo per novem hebdomades Pascha proxime præcedentes nisi marcas tres solvere malit, uxorem ducat. Si qvis per tempus sex septimanarum, immediate Pascha præcedens, nuptias celebrat, is privatus esto bonis & pace (publica). Nemo uxorem ducat per tres hebdomades proxime ante Vigiliam S. Johannis, per tres hebdomades ante festum S. Michaëlis & per tres (deniqve) septimanas Festum Nativitatis Christi antecedentes. Si qvis dicto tempore nuptias celebraverit, Episcopo tres marcas dependat. Si uxor ducitur die solis vespe-

D 3 dagh

(48) Nu fæR thet 2c. Interim tamen differe nemini non patet si cum præcedenti cap conferatur.



dagh at qveldi. thæt er fángs títh reet. Mánadagh at qvældi fángs títh rett. Mathr fær ſer konu Tysdag at qvældi ſeckr thrímr aurum. Othinsdagh at qvældi fángstíth rett. Thórsdagh at qvældi ef mathr fær ſer konọ. thá ſcal haN böta merkr thriár fyrer. Freádagh at qveldi. fángstíth rett. Laugardagh at qvældi ef mathr fær thá konu. thá ſcal haN böta merkr thriár fyrer. Mathr fær konu um (49) ymbrudaga ſæckur thriár merkr. Mathr fær konu meſsunætr ethr faſtu nema keNimeN lovi. böti ſem dagríkt er till.

raſcente; tempus eſt conjugii legitimum, ut & veſpera diei Lunæ. Si qvis nuptias celebrat die Martis ad veſperam, dabit tres oras. Diei Mercurii veſperaſcente; tempus conjugii legitimum. Die Jovis ad veſperam, ſi qvis uxorem duxerit, mulctetur tribus marcis. Diei Veneris veſpera, tempus eſt conjugii ineundi legitimum. Die Saturni ad veſperam ſi qvis nuptias celebraverit dabit tres marcas. Si qvis uxorem duxerit per qvatuor tempora, mulctandus venit tribus marcis. Si qvis nuptias celebrat nocte proxima ante feſta vel jejunia ſine venia Sacerdotis, ſecundum diei violatæ ſanctitatis proportionem pœnam pendat.

CAP.

(49) Ymbrudagar. Qvatuor tempora. Germ. Qvatember. Danice jam Tamperdag. Omnia unius ejusdemqve originis hæc eſſe qvi aſſereret, me non longe diſſentientem habuerit.



CAP. 8.

Ef at nithrfalli verthr fylkis kyrkia oc (50) herathz kyrkia oc (51) högenda kyrkia hverſu up ſcal gera.

Sæx ero fylkis kyrkior i thema thrimr (52) fylkiom. æin á (53) Kóngahellu ytri. aNr á (54) Svertborgh. thrithia á (55) Túnum. fiórtha á (56) Akri í Oſlóarherathe. fimta á (57) Sæmi. Setta á Hærtharhæimi. Ef fylkis-

Si templum provinciale & toparchiale Sacellumve labaſcant, qvomodo ſint exſtruenda?

In tribus provinciis ſunt ſex templa provincialia. Primum Kongahellæ ulteriores, ſecundum Svertborgæ, tertium Tunis, qvartum Akri in provincia Osloæ, qvintum Sæmi, ſextum Herdarheimi. Si templum

(50) Herathzkyrkia: Templum toparchiale vel parochiale. Vox Herath non unico ſemper ſumitur ſenſu.

(51) Høgenda kyrkia. Sacellum, qvod unicuiqve licitum erat domi ſuæ exſtruere, non vero potuit deſtrui. Vi vocis eſt templum commoditatis ergo exſtructum.

(52) I Thema thrimr fylkiom: Vikin ſive pars Norvegiæ maxime auſtralis hic ita diviſa ſubintelligitur.

(53) Kongahella ytre: Kongahella exterior, al. orientalis ſ. eyſtri. Hæc a Sigurdo Rege Hieroſolymipeta amplificata eſt, ad flumen Elfam (gaut elfi) ſita, in Præfectura (jam) Bahuſienſi.

(54) Svertborg: forte eadem ac Svarteborg, qvæ novem circiter milliaria a Fridericihalda diſtat.

(55) Tun alias Tunsberg.

(56) Oſloarherathi: hodie Aggersherred, ditio Chriſtianiæ proxima.

(57) Sæmi unde ſinus Sæmsfiørthr videtur eſſe denominatus.



fylkiskyrkia at nithrfalle verthr. thá ſcal gera til tviNa tólf mánothr ſtæfnu ollum fylkismaNum at hallda uP fylkiskyrkio ſiNe. Ef their ſitia um thá. ſæcker markum ſimtán. Gera athra tyNi tólf mánathr ſtefnu. Ef their ſitia um thá ſecker markum ſimtán. thá ſcal gera theim hina thrithi (58) v tólf mánothr ſtefnu. ef their ſitia um thá ſæcker markum ſimtan. oc er thá hálfr ſimte tigr marka. Nú ſcal gera hina fiórthu fiöguRa mánothr ſtefnu. thá er ſá (59) æinhernathr er Kóngr leyfthe iNanlandz at heria maNum til

provinciale ruinæ proximum ſit, tum binaria duodecim menſium dica indicanda eſt omnibus provinciæ incolis, ut templum ſuum provinciale exſtruant. Si indictum negligunt terminum, mulctentur qvindecim marcis. Secundo æqvalis indicatura nominetur, qvam ſi etiam neglexerint, qvindecim marcas dependant. Tertia vice etiam proponatur binaria duodecim menſium dica, qvæ ſi negligatur ſolvantur qvindecim marcæ, & tum ſumma mulctæ ad qvatuor decades & dimidiam marcarum aſcendit. Poſt hæc qvartus, qvi qvadrimeſtris ſit, terminus indicetur, ſi negligitur, (tunc) in hoc unico caſu Rex vim armis inferre intra regni limites, ut homines ad

(58) V tolfmanothr ſteſna, qvod ſenſu carens legendum erit tv. ɔ: tvitte, qvod ſignificat par vel binos, qvod & analogia monſtrat, alias pro numero Romano denotaret qvinqve.

(59) Æinhernathr qvaſi æirn hernathr, ſola illa militia qvam religionis cauſa ſecundum Pontificios ſuſcipere licuit.

til kriſtindóms. haN ſcal eige meN drepa oc æi hús breNa. fe theiRa ſcal haN taca oc bú. oc hava at hernathe. (60) EN thegar meN eta af nyio korne. thá ſcal hevia á nyia leik ſtefnu gerther. at their have gerva uP fylkiskyrkio ſína. EN ef herathz kyrkia at falli verthr. gera til herathzmaNum ſtefno tólf mánotha. at their have uPgert heraz kyrkio ſína. ef thá er eige upgoR. thá ero their ſecker thriár merkr fyrer. thá ſcal gera theim athra tólf mánothr ſtefno. ef thá er eige uPgeR ſæcker thriár merkr fyrer. Nú ſcal gera theim mánothr ſtefnu. ef thá er eige upgoR. thá ſcal hveR bóndi

E

chriſtianiſmum cogantur, permittit. Hac in militia homines non occidendi ſunt, nec domus comburendæ ſed eorum pecunia, resqve oeconomicæ diripiantur, & jure belli retineantur. Cum recenti veſcuntur frumento, tum iterum ex novo termini indicentur, intra qvos templum ſuum provinciale coloni exſtruant. Si templum toparchiale ruinam minetur, tum ad id exſtruendum toparchiæ incolis proponatur terminus menſium duodecim, qvem ſi neglexerint trium patiantur marcarum mulctam. Eundem terminum iterum propoſitum ſi iterum neglexerint, tres marcas dabunt. Dein terminus unius menſis indicandus eſt, pro qvo neglecto qvivis colonus tres marcas ſolvat. Si qvis ſacellum ſibi

böta

(60) EN thegar meN ꝛc. Nam privati omni re oeconomica meſſe frui debuerunt, ſed non ideo ab exſtructione templi immunes fuere.



böta thriár merkr. mathr gerir ſer högenda kyrkio á jorthu ſiNe. fellr ſú nithr. hafa ſlícar ſtefnor ſem til herazkyrkio. böti thriár merkur fyrer eina. ſæx fyrer athra. níu fyrer thrithi. gera hanum hina fiórthu mánathr ſtefnu. EN ef thá er æi goR. thá á kongr bö thæN eN bóndi eige í. halde kongr uP kyrkiogerth. Ef ſú kyrkia verthr at falli er haN gerthi á. (61) thá ſcal bóndi thing ſtefna ſá er jorth àtti áthr. etha erfingiar hans. bíótha kyrkiogerth uP at hallda. thá á bóndi at hafa ſiálfr jorth ſína. oc hæiter thet afturlauſnarjorth. Nú ef mathr gerir kyrkio á aNars maNz jorthu. ef ſú at falli

in fundo ſuo exſtruit qvod labaſcit, tum ſub iisdem terminis ac toparchiæ incolæ ad templum toparchiale reædificandum admoneatur, & pro primo termino neglecto mulctetur tribus marcis, pro ſecundo ſex pro tertio novem marcis. Poſthæc ei denuncietur terminus qvadrimeſtris, & niſi tum ſacellum exſtruatur, prædium iſtud Rex poſſidet non colonus, ſed Rex ſacellum ædificabit. Qvod ſi hoc ſacellum ruinam minetur, tum colonus qvi antea prædium poſſedit, aut ejus hæredes, conventu civium coacto, ſacelli ædificationem polliceantur, & fundum recuperent, qvi ideo fundus recuperatorius vocatur. Si qvis ſacellum in alieno fundo exſtruit, & id ruinam mina-

---

(61 **Tha ſcal bondi thing ſtefna:** Tum colonus diem dicat cæteris: qvæ fori coactio multis in caſibus a colonis fieri potuit. De vocis thing æqvivocatione, h. l. differere propoſitum brevitatis ſtudioſum non permittit.

falli verthr hava til flícar ftefnr fem til herazkyrkio. fæckr thriár markur fyrer æina. fæx fyrer athra. níu fyrer thrithi. ef thá er æi geR. thá fcal gera hanom mánothr ftefnu. thá fcal haN fara (62) útlagr ef thá er ei goR til theS er haN hefer fe til at hallda kyrkiogerth uP.

tur, termini iidem erunt ac pro templo toparchiali, folvatqve pro primo neglecto tres marcas, pro fecundo fex, pro tertio (autem) novem marcas. Si tunc nec reædificatur tunc illi indicandus eft terminus unius menfis, qvi fi fine exftructione tranfierit, exulet colonus usqve dum pecuniam ad facellum reædificandum acqvifierit.

CAP. 9.

Um kyrkiogarthz nithr fall oc um grefter maNa.

Garthr fcal vera um kyrkio hveria. ef haN verthr at falle. thá liGia vith merkr thriár vith allan. fæx (63) aurar vith fiórthúng hvern.

De ruina fepti circa cæmeterium & de fepultura.

Septo templum qvodcunqve cingatur, qvod fi diruat, mulcta marcarum trium pro toto, fex autem oræ pro qvocunqve qvadrante perfolvantur. Si modo hiatus unicus

 thó

(62) Utlagr: Hoc exilium ab exulio inter gentiles fæpius memorato diftingvi debet ut mitius qvoddam. Conf. not. 16. pag. 17.

(63) Sex aurar, eyrer f. Ora legalis erat octava pars marcæ pretii conf. not. 22. pag. 19.



thó at eit lith se opit á fiórthunge. thá er sem allr fiórthungr se nithr fallin. Kyrkiogarthe er scift í fiórthunga til greftar. scal grava (64) lenda meN (65) austan at kyrkio oc í landi suNan undir (66) upsardropa. Ef their eigho eige lut í kyrkiogarthe. thá scolo their liGia í bónda legho. thá scal grava (67) haulda oc hauldaböra. thá scal grava (68) læysinga oc

in quadrante patet, tunc perinde est, ac si totus quadrans ruinam subiisset. Cæmeterium pro sepultura in quadrantes est divisum. Nobiles sepeliantur ad ortum prope templum in cæmeterio, & in fundo (cæmeterii) austrum versus sub tigni angularis stillicidio. Si vero ad hos sepulchreti pars nulla pertinuerit, tum in area colonorum sepeliantur. Post (nobiles) sepeliendi sunt Proprietarii eorumqve liberi. Juxta læy-

(64) **Lender meN:** Nobiles, qvi a Magno Legum Reformatore Liberorum Baronum titulo postea sunt insigniti Anno 1277.

(65) **Austan at kyrkio:** Honoris rationem vide not. 2. pag. 12. & præterea maxime qvod oriens Christum præfiguret & lucem Evangelii conf. Athanas. qvæst. 37. ad Antioch. & Cyrill. Hierosolymit. Catechef. Mystagog. 1. Cap. 4 & 9.

(66) **Upsardropa:** Vox **Upsi** videtur, dicta esse trabs qvædam supra parietem, cujus usus in architectura veteri jam ignotus est. Hinc proverbium: **Upsum oc asum** de iis qvi nunqvam tenent medium, sed in extremis semper versantur. **As** & in specie **mænias** tignum supremum s. culmen denotat.

(67) **Hauldr:** Proprietarius; a verbo **at halda**, tenere, possidere; qvasi qvi avita retinet prædia.

(68) **Læysinge:** libertus qvi se ipse pecunia e servitute redimit, ea tamen ut plurimum fiebat conditione, ut dominus superstes, hæres soluti existeret. Vid. **Eyrb. S.** cap. 34.

